



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus Theologico-Moralis De Sacris Ecclesiasticorum
Ministeriis, Hoc est, De Horis Canonicis, & Missæ
Sacrificio**

Biesmann, Caspar

Coloniæ Agrippinæ, Anno 1695.

Ignatio De Loiola, Societatis Iesv Fundatori.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42206



(10)

IGNATIO
De
LOIOLA,
Societatis IESV Fundatori.

Libellum parvulum de rebus maximis, hoc est, divinis Laudibus seu Horis Canonicas, & Missæ Sacrificio compendiosè scribentem, Tibi, Vir zelosissime, qui universum terrarum orbem ingenti tuo zelo complexus es, inscribendum censui, cui, teste Ecclesia, inter Catholicos instaurare pietatem curæ fuit ; & à quo Sacra-

A 2

men-

mentorum frequentia incremen-
tum accepere. Ex Offic. S. Ignat.
Lect. VI. Tibi, inquam, Vir san-
ctissime, qui in utroque hoc An-
glico, & divino Ministerio omni-
bus Ecclesiæ Ministris præclaris-
simo exemplo præluxisti : Horas
namque Canonicas tam religiosè
& ardenter orabas ; ut præ lacry-
marum copia ad singula ferè ver-
ba hærcere, ac preces interrumpe-
re cogeretis ; donec è cœlo con-
cessa tibi facultas, ad libitum fun-
dendi lacrymas aut cohibendi.
Ad hanc, ut summam erga au-
gustissimum Missæ Sacrificium
reverentiam omnes edoceres, te
ultra unius anni spatum primo
Sacrificio celebrando præpara-
bas, dūnque illud perageres, totus
amore Dei inflammatus intus ar-
debas, & foris lacrymis suaviter

ma-

madebas. Imò dum aliquando in-
 ter pias lacrymas orando , ad Sa-
 crificium te parares, menti tuæ oc-
 currebat suavissima cogitatio,
 Sacerdotem Altare acceden-
 tem oportere esse instar Angeli
 Dei. Et te sacrificantem verè fuisse
 instar Angeli Seraphini rariissimus
 eventus docuit ; quando supra
 caput tuum, dum sacram Hostiam
 offerres ingens flamma emicare
 visa est; V. *Nadasi. in Hebd. S. Ignat.*
Fer. IV. & V. Ita non uno sanè ti-
 tulo hic tibi Libellus debebatur.
 Respice igitur vulnū benigno exile
 munus minimi Filii tui, qui se tibi,
 veluti amantissimo in Christo Pa-
 renti, obligatissimum profitetur;
 & in exiguo dono , quod filiali af-
 fectū offertur, maximum ac pa-
 ratissimum placendi semper , &
 serviendi animum agnosce. Imi-

OS(0)90

tare solis amabilem benignitatem , qui grama etiam vilia suo nonnunquam irradiat lumine : aut esto de eorum numero , qui cum sint summi & maximi, ad infinita quandoque descendunt ; & ex his sublimitatem & altitudinem suam deprehendant. Atque ut eam excelsi animi tui benevolentiam , qui magna semper & grandia pro divina gloria & animalium salute moliebaris, infimus hic Libellus experiatur ; unice votet & optat

Tibi devotissimus

C. B. S. J.

PRAE-